

- 3o. Sub facultate absolvendi a quibusvis Excommunicationis suspensionis et Interdicti censuris comprehenditur quoque hac vice facultas absolvendi a casibus Bullæ Coenæ, non tamen ab hæresi nec occulta, neque publica, ad quam alia desideratur licentia, quæ pariter necessaria est pro quocunque casu reservato publico.
- 4to. Possunt quoque Confessarii absolvere hoc Jubilæi tempore a delictis loci Ordinario reservatis, minime tamen complicem in peccato contra sextum præceptum, uti Bulla Jubilæi diserte exprimit.
- 5to. In dispensatione super Irregularitate probe notandum est, potestatem hanc se extendere solummodo ad Irregularitatem ob censurarum violationem contractam et ad nullam aliam, eamque insuper debere esse occultam, publicæ enim se Confessarius immiscere non audet.
- 6to. Ne votorum commutatio eum dispensatione, ad quam Confessariis nulla est facultas, confundatur, utriusque naturam expendere juvat. Dispensatio tollit obligationem voti absque aliqua alia subrogatione, commutatio non extinguit obligationem voti, sed hujus materiam in aliam, quæ eidem subrogatur, adæquate commensuratam transfert. Porro in votorum surroganda materia plurimam
utili-